



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXXIX. De Supellectili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

locorum defensionem necessaria suo sumtu comparare tenentur, pecuniâ ex publico postea recuperanda. Aliâs graviter puniendi, Perez. C. de Fabricens. num. 15.

II.

Licet quis munera publica in duobus locis non possit subire, quamvis velit, potest tamen, si cum sumtu sint conjuncta, ab his enim nemo volens repellitur, Perez. C. de muner. & honor. non contin. n. 15. Ex adverso, licet filius ob munera publica a patre gesta vacatione non gaudeat, l. 1. C. d. t. gaudet tamen ratione eorum, quæ cum sumtu sunt, l. 6. ff. de legation. Brunnem. ad l. 1. C. eod. Ceterum à muneribus, quæ sumtu peraguntur, nec septuaginta annos nati, nec plures liberos habentes, nec philosophi excusantur, Perez. C. de muner. patrimon. n. 9. seq.

III.

Sumptus studiorum annumerantur alimentis & necessariis impensis, l. 6. §. 5. de Carbon edit. Non tamen peti possunt post mortem patris l. ex parte 39. §. 4. ff. fam. hercis. vivo autem eo facti conferendi sunt, siquidem pater eos annotaverit.

CAP. LXXIX.
De Supellectili.

Axioma I.

Quæcunque nomen sui generis separatum habent, illa sub supellectili legata non continentur l. 6. pr. ff. de supellect. Leg. quia talia appellativa nomina non sunt in potestate testatoris l. 4. ff. de legat. 1. Non igitur continentur instrumenta artificis, das Handwerkerzeug, sub nomine supellectilis d. l. 6. pr. ff. nec libri, capsæ, pugillares &c. l. 6. §. 1. ff. eod.

Limita: nisi doceri possit, Testatorem de his quoque sensisse, l. 8. in fin. ff. eod.

CAP. LXXX.
Superbia.

Superbiæ calumniam habet omne, quod non propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur, cap. omnes. §. à priscis 21. quest. 4.

CAP. LXXXI.
Superfluum, Superfluitas.

Axioma I.

Superfluum non censetur, quod ad declarationem ponitur, §. 1. ibi: nulla enim. Institut. de patr. potest. l. quis dubitationis §. ibi Dec. & Cagnol. ff. de R. I. Alban. consil. 11. n. 30. & consil. 27. n. 7. Tiraquel in tractat. de retract. tit. 1. gl. unic. n. 5. Ludov. Zundt in respons. pro uxore. n. 5. Roland. à Valle 3. consil. 56. n. 29.

II.

Superflua admittere securus est, quàm necessaria omittere, Speculat. in tit. de deposit. §. se-

primo. num. 8. per cap. non estimemus 13. q. 2. l. testamentum 17. Cod. de testam. l. 7. Cod. de donationib. l. 56. ff. mandat. l. 32. §. 6. ff. de aur. legat. l. 26. in fin. ff. de adim. legat. l. 65. ff. de verb. obligat. l. 81. l. 94. de §. 1. Paul. 3. de sentent. 4. §. 10. Gail. lib. 1. observ. §. 1. n. 9. Vult. 3. Consil. Marp. 24. n. 79.

III.

Actus superfluous non vitatur, etiam si vitiosè observetur, l. 1. C. de rei uxor. act. gloss. singul. in §. soror verò. Institut. de libert. in verb. transi. Bl. in l. consent. ancum. col. 5. C. quom. & quand. judex. At si verum amamus, neque d. l. i. quicquam probat: ac gloss. ista videtur esse erronea; pessimè enim ratiocinatur: cur Dominus in transitu possit manumittere, quia scilicet sine transitu quoque potest manumittere, nulla enim collectio est, sed hæc ratio subest, quia manumissiones sunt jurisdictionis voluntariæ; Ergo quocunque loco & tempore fieri possunt, ut rectè summa d. l. habet, neque Bald. aliquid de hac re disse-rit, vid. Tusc. tom. 1. conclus. lit. d. conclus. 67. n. 32. in voce Abundans cautela.

IV.

Superflua non nocent, l. cum antiquitas 28. Cod. de testament. v. c. Obligatio non debet fieri ad eum casum, ex quo possit fieri superflua, nugatoria & elusoria, Curt. sen. consil. 29. num. 4. Dec. consil. 48. & consil. 49. n. 3. Zak. consil. 13. n. 50.

Disting. An superflua sint præter rem, an vero contra rem? priori casu nocent, posteriori vero non, ut si quis negotium in testamento diversum in actu testandi celebrare velit, vid. not. ad l. non est mirum 26. de pignor. act. Wesenbec. in parat. ff. de adil. edit. n. 10. & l. 1. §. 2. de publican. & vectigal.

V.

SUPERFLUITAS evitanda est in omni interpretatione, & dispositione, ut per Rolandum à Valle consil. 62. num. 30. & seq. libr. 3. quem refert Cardin. Tusch. practicar. conclusion. tom. 7. litera S. conclus. 895. num. 36. Menoch. consil. 81. numer. 32. Rot. decis. 702. num. 3. apud Farinacium, part. recentior. & decis. 75. num. 8. eadem part. 2. dicit, quod non est recedendum à natura rei, ut superfluitas evitetur, & decis. 357. num. 1. ead. part. 2. censet, quod superfluitas non debet admitti etiam in quacunque materia odiosa, & in dispensatione. [quod enim potest fieri per pauciora, non debet fieri per plura, & propterea Imperator omnem verborum sitatem iustâ indignatione persequitur, l. ultima §. in refutatoriis. C. de appellat. ac ea, quæ sunt superflua, non sunt in LL. inserenda tanquam nullius utilitatis, fac. l. 1. ff. quod met. caus. cap. multa. & ibi Panorm. de præbend. c. erit autem lex 4. distinet. Jason in l. ait Pretor. l. 1. in primo notabili ff. de iust. & jur. Unde ad evitandam superfluitatem ea etiam, quæ sunt ultra naturam